

Alte Drucke

**Rerum praeclare || GESTARVM, INTRA, ET EX-||TRA MOENIA
MVNITISSIMAE CI-||uitatis Viennensis, pedestri & equestri ||
proelio, terra & aqua, elapso ...**

Wien, 1561

VD16 ZV 27208

Quo splendore ac apparatu NOVEMDECIM ILLVSTRISSIMORVM
Generosissimorumque equitum turmae, cum Agonothetis depugnaturae, in
palaestram venerint.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149595

dè depictum aureis argenteisq; annulis in sese redeuntibus decorabatur. Quibus includebantur rosæ ex panno argenteo confectæ. In his circuli apparebant rosas deniq; complectentes, ex quorum meditullio gemmæ longitudinis unius pollicis, in modum cornu confectæ, eminebant. Ad hæc equorum ephippia, frena & id genus aliæ equorum phaleræ, ex albo holoserico concinnatæ erant, hos sequebantur quinq; Agonothetarum administri, qui lanceas ante manubrium paruos clypeos manuū veluti propugnacula, partim ex hac chalybe, partim ex metallo auro obducto, habentes præferebant. His succedebant quatuor palæstritæ, equis alacribus iisdem ephippiorum ornamentis conspicuis insidentes. Qui cum ad arcum Triumphalem seu colossū Martis & Veneris peruenissent, summa reuerentia Cæsa: Maiestatem &c. Regem Maximilianum &c. vnà cum Gynæceo salutarunt, ac deinde frena laxantes, equos stimulis accenderunt, eosq; in gyrum hinc inde exultantes duxere. Postea semel atq; iterum palæstram placidè obequitantes, dominis iudicibus in theatro stantibus sese ostenderunt, ab ijsq; decertandi veniam rogarunt, ac tandem ad alterum palæstræ latus respicientes, aduersam partem expectabant.

Quo splendore ac apparatu
NOVEMDECIM ILLVSTRISSIMORVM
Generosissimorumq; equitum turmæ, cum Agonothetis
depugnaturæ, in palæstram venerint.

Prima turma vnum cer-
TATOREM HABVIT.



Rimū, strenuus eques, generosusq; Dominus Georgius Baro in Tanhausen, Cæsi: Maiestatis &c pincerna, bellicusq; consiliarius, nullis ministris stipatus, palanti similis in circum venit, à planta vsq; ad verticem ex optimo chalybe confectis relucens armis indutus: varijsq; cum in galeæ

in galeæ crista, tum in equi antilena & postilena plumarum, manipulis exornatus. Arma tegebat croceo ex attalico semiueftis, varijs hinc inde rofis depicta: Hic cum ad pontem amatorium, seu coloffum Martis & Veneris veniffet, obuios habuit nobiliffimos Generofiffimosq; Dominos, Georgium Weltzer & Erasmum à Scharpfemberg, Cæf. Maieftatis &c. in bellicis negotijs à confilijs, qui fcutum eius accipientes iudicibus obtulerunt, quo facto, Dominus à Tanhaufen aream ingreffus, fefe coram iudicibus fiftit, fertum brachio immiſſum geftans, qui adeò strenuè viriliterq; decertauit, vt vltra pontem amatorium (iuxta ludorum literas) tranſitum meruerit. Deniq; ab ipſis paleſtritis in auxilium accerſitus, quinq; aduerſarios Gymnicos, illis tranſitum intercipientes deuicit, ſcuto vero ſuo ſcripti erant hi characteres, A. M. G. H.

Secunda turma duos Gymnicos CONTINEBAT.



Secundò prodibant quatuor tubicines, quorum duo albis & rubris, duo candidis & nigris tunicis induebantur, galeri vnà cum plumis, eorundem colorum erant, hos ſequebantur totidem armigeri, qui dominorum arma, clypeos & ſerta præferebant. His ſuccedebant vetuſtæ nobilitatis viri ac Domini, Leonhardus Straiger, & Ferdinādus Rindschaid in Fridberg, ille paludamentū, equiq; ſtratum varijs ſpeculis obſitum habebat, clypeus autem cum apophtegmate his apicibus depingebatur, *Halt Rath vor der That*. Hoc eſt, priuſquam incipias, conſulto opus eſt. Præterea & hunc characterem impreſſum quoq; habebat *G.* Idem verò ephēſtridem, equiq; ephippia ex candido attalico, quibus variæ rubræ cruceſ inſertæ conſpiciebantur, gerebat, vnà cum eiufdem coloris tegmine plumis ornato. Dictum verò eius tale erat, *Alles in Gottes Namen*. i. Oīa auſpicijs diuini numinis.

R iij Tertiò

Tertia turma vnius erat cer- TATORIS.



Ertiò circū ingrediebantur duo tubicines candi-
dis & rubri, amicti tunicis, phalerisq; ac plumis ei-
iusdē coloris capite obuoluti. Post hos equitabāt
armigeri duo itidē albo attalico, rubris crucibus
aureisq; radijs coruscantibus insignito amicti, te-
ctiq; pileis & plumis eundem colorem referen-
tibus, horum alter gestabat Dñi sui scutum, alter verò sertum, vnā
cum lancea paruo ancylī ante manubrium exornata. Hos excipi-
ebat armis instructissimus ac amplissima familia natus Erasmus
Stadler in Krottendorff, loricā uestis alba holoserica varijs rubris
crucibus & flammis ardentibus, ex panno damasceno confecta,
ambiebat, apprimē concinnata. Scutum gentilitia insignia com-
plectens, ascriptos habebat apophregmatis loco hos characteres.
W. G. W.

Quarta turma vnius

ERAT GYMNICI.



Vartò in arenam descendebat tubicen serica ue-
ste, nigro, albo, & croceo coloribus distincta a-
mictus, pileum eorundem colorū plumæ con-
decorabant. Huic succedebat summo loco natus
Ioannes Geralschowsky à Gersdorff. Potentiss:
Bohe: Regis Maximiliani &c. dapifer, nunc ve-
rò prægustator, cataphractus, in galeæ cono plumarum fasciculo
ornatus. Ephestris instar squamarum ex serico nigro, albo & cro-
ceo concinnata erat. Squamæ diuersi coloris plumis hoc modo
exornabantur, crocæ squamæ infixæ erat pluma nigra, & mutatis
coloribus squamæ nigræ crocea pluma, alba verò squama, nigram
infixam habebat, phaleræ equi eundem in modū varijs squamis ac
plumis suprā dictos colores repræsentantibus ostendebant. Insi-
gnia, cum celebri dicto. Gedult mit hoffnung. Id est, In patientia
& spe, inscripto gestabat.

Quinta

Quinta turma vnum ha- BUIT CERTATOREM.



Vintò caradromum ingrediebantur tubicines duo, polymitis phrygio opere insignibus amicti. Hos sequebantur totidem armigeri, uestibus serico panno, contextis. Cidaribusq; diuersi coloris excultis, more Mahometico obuoluti.

Laruas antè faciem, ne agnoscerentur habentes, qui scutum & fertum, unà cum lancea tenui, eaq; oblonga (incolæ copi eam vocant) domino præferebant. Post hos venit equestris dignitatis vir, Sebastianus à Windischgrätz, Baro in Waldenstein & im Thall. Obducebantur arma ephestride aurea, vestitum itidem Turcicum exprimente. Capiti imposita erat candida cidaris, faciem prætereà larua occultabat. Cæterum clypeo appictum erat Adagium his literis. I. H. Z. G.

Sexta turma vnum contine- BAT AGONISTAM.



Extò in campum venerunt Tubicines duo, tunicas ex croceo serico, quarum brachialia hinc inde prominebant, galerosq; & plumas eiusdem coloris, habentes. Hos excipiebant quatuor diuerso genere vestium colorumq; induti equites: primum enim nigras caligas laneas, tunicasq; fimbrijs ex corio uerueccino & lana eiusdem coloris confutis obductas gerebant. Inde interiores uestes lineas Babilonico opere insignes, eaq; forma confectas, ut hominum syluestrium habitum imitarentur, habebant. Capita obuoluta erant pelle verueccina, cuius caput unà cum lana cornibusq; deauratis supernè eminebant. Ad hæc ut quis homines syluestres certius affirmaret, manib' ramos virides gestabāt.

Proximi

1010 1010

Proximi his erant alij quidam sex, hominum syluestrium, ac ferè Faunorum speciem itidem præ sese ferentes, portantesq; manibus arma equitis cuiusdam aurati, quem unà cum amante in vinculis post se trahebant. Primus eius equitis scutum, in quo quinque eiusdem formæ litteræ inscriptæ erant. M. M. M. M. M. quæ elogium captivi compræhendebant, portabat, secundus ferrum, tertius cassidem, quartus Chyrotheca, quintus gladium, sextus verò Lanceam. Hi cum catadromum ingrederentur agrestium morè hominum horrendos ac inconditos sonitus ædebant, strepitusq; adeo barbaros & feros, ut vel ipsam immanissimam gentem Scythicam el moribus superare viderentur. Post hos procedebat imaginibus clarus, Adamus Hohenwart, ter, Regis Maximiliani &c. structor, vestitu Deam quandam repræsentans. Caput enim, tela aurea ab utraq; parte vlnas duas dependens obuclabat, tunica superior ex fulco serico, ad veterum imitationem facta, inferior verò partim ex panno aureo, partim ex croceo serico erat. In utraq; passim depictæ erant fimbriæ fuscæ coloris. Hic equitis captivi & amasæ locum tenebat, manibus ferebat litteras infortunium amici continentes, quas ut paulò post dicam iudicibus legendas tradidit. Hanc Deam excipiebat illustris ac admodum generosus Dñs Claudius Triuultz, Comes in Meltz, &c. eodem propemodum uestium cultu, ut ipsa Dea amictus, præterquam quòd sub pallio preciosissima arma gereret. Cum iam ad theatrum esset peruentum, Dea litteras nobili formaq; præstanti virgini, donæ Margarethæ Lasso de Castilia legendas obtulit, quarum argumentum hic recensere non grauabor. Postq; amicus meus vnicè charus intellexisset, in extremis his prouincijs constitutum esse, pro virginum omnium dignitate, pulchritudine & virtutibus decertare, se comprimere non potuit (cum & ego eius amans non essem infimis cum pulchritudinis tum virtutum dotibus exornata, atq; à supremo numine præ cæteris mulieribus forma præstanti) quin secum instas regiones amantem suam adduceret: ibiq; manu sua me omnium mulierum præstantissimam pulcherrimamq; ostenderet. Verum pro dolor incommoda multa, quo minus id fiat inuenire:

remnere:

teruenere : Nam cum per varias sylvas viasq; incognitas, planeq; desertas ad locum certamini designatum proficisceremur, in Faunos & Satyros incidimus, qui nobis arma omnia ad illustria facta subeunda præparata abstulere. Qua de causa, dum in tuto adhuc omnia sunt, me huc contuli vos deprecatura atq; humili-mè obtestatura, ut Faunis & Satyris seriò imperetis, quo amantis mei arma restituant. Id si facere detrectabunt, ignotum quempiam equitem rogabo, ut amici loco meas virtutes cum Agonotheris defendat. Verum is ipse si id ipsum ignorare denegat, tum ego honoris mei, formæ ac virtutum gratia lanceam arripiam gladiumq;, quibus me esse omnium pulcherri-mam præstantissimamq;, & virtutum dotibus ornatissimam probabo. Hæc lachrymis promanantibus, ab ipsis iudicibus petebat. Cæterum postquàm virgo Margaretha argumentum epistolæ percepisset, æquissimos iudices Dææ nominæ rogauit atq; obtestata est, ut amantis insignia armaq; ab ipsis syluestribus hominibus erepta Dææ restitui curarent, quod illi statim fecere, equitiq; ignoto arma sunt reddita, qui gaudio exiliens, ea ad feciales pertulit, quæ cum cæteris insignibus arbori Dianæ affigebantur. Quo facto eques ille peregrinus palæstritarum scuta (more aliorum) lancea attigit, ac tum demum cum amante sua ad dextrum palæstræ latus descedens, cum reliquis agonistis certamen præstolabatur.

Septima turma

GYMNICVM VNVM

HABUIT.



Septima turma in arenam descendens duodecim Aeneatores & vnum tympanotribam habuit, rubris tunicis lineis, fimbrijs stramineis triplicati obductis, indutos. Galeros & vexilla rubis de pendentia ex eodem lino eiusdemq; coloris con-

S facta ha

fecta habentes. Cæterum omnia huius classis indumenta, aut
linea aut straminea erant: exceptis funiculis & orbibus hinc in-
de dependentibus, qui ex rubro & croceo serico resplendebant.
Hos sequebantur equis generosis insidentes tredecim armi-
geri, summa ac ampla familia orti.

Illustrissimus Carolus Christophorus, Dux Munsterbur-
gensis, Regis Maximiliani &c. Dynasta.

Petrus à Rosenberg.

Wolfgangus à Stubenberg.

Wencislaus à Sunneckh in wagenfenitz.

Vitus Albertus à Buechaim.

Rodolphus Khuen, Regi Maximil: &c. à cubiculis.

Iohannes Henricus Schenckh à Schenckhenstain, eius-
dem Regis satrapa.

Ioannes wallasch.

Ioannes à Kreig, Regis Bohemix &c. pincerna.

Ioannes Petrey, Baro à Gerfs. Cæsa: Maiestatis &c. po-
cillator, supremusq; in Odenburg gubernator.

Christophorus à Liechtenstain & Nicolspurg, Regis Bo-
hemix &c. satrapa.

Christophorus à Tassis, supremus Aulæ imperialis vereda-
riorum præfectus.

Didacus Dasseuas Hispanus.

Hi omnes rubris & laxis caligis nauticis, ex lino confectis
amicti erant, quas tres straminei limbi, & palmum unum
ascendendo alij tres ambiebant. Inter hos conspiciebantur ser-
pentum instar tortuosæ lineæ triplici ordine ductæ. Ex eodem
lino tunicis, & caputem tegminibus eiusdem coloris & ornamen-
tis obuelabantur. Pilei bicuspidēs antè & retrò in apice cornua
habebant, ac passim ubi deerant fimbriæ, insertæ rosæ candidæ
viscebantur. Hi cum palæstram essent ingressi, trini brabeutas ac-
cessere ijsq; domini sui ferrum, scutum, elogiumq; obulere.
Dein paucis, ludorum iudicibus hæc præposuere.

Grauisi-

GRauissimi æquissimiq; iudices, ad vestram celsitudinem mis-
si sumus ab equite quodam aurato, qui in gratiam suæ amā-
tis, in hoc certamine salutem ac laudem fortiter decertando quære-
re desideret: qui in morem suorum & maiorū, qui multis ab hinc
sæculis rebus præclare gestis florere, quorum vestigia insequi
(ne degenerare videatur) non dubitat. Quapropter incorruptis-
simi iudices vos oratos uelit, ut sibi concedatis per portam Tri-
umphalem in hanc palæstram aditū. Qui licet hoc tempore non
itā splendidè cum suis incedat, rei necessitate impulsus ut potuit,
quando ut voluit ei incedere non licebat. Quo circā uos mirum
in modum rogat, ut hoc quicquid est abiecti habitus, æqui boniq;
consulatis. His dictis, iudicibus sertum tradentes, scutum quoq;
spectandum exhibuere. Eorum vnus schedulas quas manu gesta-
bat passim in palæstra sparsit, in quibus scriptum erat.

Non es tantomi sentimi ento, quanto mē sobra rrazon en tra-
her tal garnicion. id est.

Non tantum ingenio valeo, ut rationes ob quas has tam ab-
iectas vestes geram, explicem.

ARmigeros excipiebant nobiles pueri duo, acerrimis equis ue-
cti, ac eodem quo priores modo vestiti. Equorum phaleræ ex ru-
bro & croceo serico, funiculis aureis obducto, constabant: eorum
vnus præferebat equitis aurati galeam, alter scutum. Post hos in-
uehebatur generosissimo equo vetustissimis imaginibus maio-
rumq; rebus præclare gestis clarissimus.

Ladislaus Poppel, Dominus in Lobkowitz, Ro-
manæ Cæsareæ Maiestatis &c. cubicularius, cathaphractus,
præterquàm quòd semota galea, tegmen ut ceteri gesta-
bat, Ephestri ex tela linea rubri coloris induebatur, cuius limbi ac
fimbriæ hinc inde circumductæ, stramineæ erant. Porro limbi
bini & bini cōiungebantur, ac relicto paruo interstitio rursus alij
duo: inter quos aliquot eiusdem substantiæ lineæ interfertæ erant.
Ad hæc in paludamento strato, & in vtrāq; ceruicis equinæ parte,
nec non in antilena & postilena ponebatur hic caracter. K. Bal-
teus ex rubro holoserico, ferramentis undiq; deauratis lumbos

S ij ambiebat.

ambiebat. Hunc comitabantur ab utroque latere sex cohortis prætorianæ satellites, eodem ut ipsi armigeri modo amicti, excepto eo quod in capite gestarent galeros rubris & croceis plumis ornatos. Postremi porro erant nobiles pueri decem, equis velocibus admodum, supra dictum excultis insidentes: quorum ephippia, frena, antilena & postilena laminis auratis obductis, constabant, ipsi tamen equites vestes lineas, stramine circumductas gestabant, quod quam fuerit visu iucundum verbis exprimere nequeo. Porro operæpretium me facturum arbitror, si ascripsero, cur ita antiquæ prosapiæ Dominus Poppel in palæstram indutus venerit, multosque aureos in vestitu vili & inutili insumpserit, & certè ni coniectura me fallat, illo habitu ostendere voluit, quod in superiori certamine nullum præmium adeptus esset, postquam tamen omnium ornatissimus splendidissimusque venisset, nec minus in certamine se virum præstitisset, quam cæteri. Id etiam indicare videntur schedulæ passim in palæstra sparæ, iudicium tamen penes alios esto.

Octava turma vnum certatorem habuit.



Octavo catadromum ingressus est tubicen, veste amictus confecta ex crocei albi & rosei coloribus serico, pilei ac plumæ eisdem colores referebant. Huic succedebat armiger tunica holoserica, holoserico galero, ac plumis supradictis coloribus infectis exornatus, torquem aureum ex collo dependentem habebat. Is erat nobili genere natus.

Guilielmus Hoffkircher Baro in Colnitz, Domino suo seruum præferens. Eum excipiebant alij tres armigeri, æquato ordine equitantes. Primus erat.

D. Ioannes Spanousky in Lissa. Indutus alba serica tunica atque

atq; pilco, equi phaleræ ex eodem panno constabant ille verò scutatam lanceam suprâ dicto colore depictam manu gestabat. Huic sinistrum claudebat latus dominus Georgius Ernreich in Rogendorff, amictus rosei coloris serica veste, equi ornamenta antè retrò & ex iam dictis coloribus & panno erant. Manu tenebat equitis aurati scutum, in quo hoc Elogium continebatur. *Beschaffen/ist vnuereschaffen.* Hoc est, fatum etiam dormientibus obtingit. Vltimum locum tenebat, nobili loco natus. Ioannes Egidius eques auratus, Cæ: Maiestatis &c. satrapa, flauto vestitu coopertus, lanceâ manibus ferens. Hostres ingentes plumarū fasciculi tegminibus impositi adornabant. Eos sequebatur generosissimus Agonista, Wolfgangus Strein, Dominus in Schwartzenu. Loricam vestis lanea rosei coloris croceo attalico suffulta tegebat, quam vndiq; rosæ coreacæ argento obductæ, limbiq; & nodi ex serico roseo facti condecorabant. Adhæc plumarum manipuli in tergum dependentes, stratumq; equi dicto panno confutum, & rosæ coreacæ in argentatis excultum, heroa illustrabant.

Nona turma vnus EQVITIS



Onò curriculum ingrediebantur duo tympanistæ, nigris attalicis induti vestibus. Quos itidem subsequebantur duo armigeri, nomine Christophorus à Nostitz, Roma: Cæsa: Maiestatis &c. dapifer, &

Henricus Pobmschitz, illustris: Ferdinandi Austriæ Archiducis &c. satrapa, horum corporis cultus ex holoserico nigro erat, ac vnus sertum iam nominandi herois, alter gentilicia insignia, quibus hoc Elogium inscriptum uidebatur, ferebat:

S iij Priusquàm

Priusquàm experiaris pondera. Quod sane dictum auream illam Salustij sententiam referre videtur, cum inquit, prius consuluto, atq; vbi consolueris maturè factò opus est. Pilei præterea & plumæ cum vestibus concolores erant, manibus hastam atro colore imbutam parmamq; adornatam gerebat. Non longo post interuallo prodibat vir genere clarus equo insidens, Iohannes à Pāouitz in Mechauitz, Ro: Cæ: Maieſtatis &c. præguſtator, armis nigris auro distinctis indutus. Casidè iustæ magnitudinis in sūmitate cor exornabat, cui hoc insigniter dictū impressū spectabatur, *Mein trauren hat vrsach. i. Subest causa meo mærori.* Paulò infrà cor atrarū ingens plumarū depēdebat manipul', phaleræ præterea & succinctorium ex atalico nigro constabat. Manibus baculum nigro colore infectū præferebat, à tergo verò & equi fronte elegantissimi nigrarum plumarum fasciculi obuolabant.

Decima turma.



Ecimò palæstram ingressi sunt duo syraphoniaci, quorum vnus vtriculo ludebat: alter ferreo tympano. Postea equitabant armigeri tres viri illustri loco nati, vtpotè.

Theodoricus & Sigismundus à Buechaim fratres, Barones in Rabs & Khrumbach, hæreditarij Austriæ dapiferi, citrà Anisum. &

Georgius ab Eitzingen, induti habitu muliebri, qui ex atro serico, laruisq; fœmineis constabat. Præterea ephippia, & stapedes, & ocreæ ad ritum muliebrem erant confectæ. Vestes obuolabant pepla candida. Capita verò galeri acuminati, ex quibus dependebant candida semicinctia ex serico duplicato, in summa mulieres esse putabantur, ità equis gradarijs infidentes, gestus fœmineos quauis muliere melius exprimebant, manibus trium equitum auratorum scuta & ferta præferentes. Horum primus, nobilissimi Francisci Keuenhuller in Aichlberg, Cæsa: Maieſtatis &c. dapiferi, fertum ac clypeum his literis insignitum, **V. I. W. W. I. W. V. D. S. E. D. Z.** præferebat.

Alter

Alter generosissimi viri D. Adami à Neydegg, coronam ac scutum hoc elogio. *Spitzige nasen vnnnd helle stim / Da wandt der Teufel darin.* id est. Acutus nasus & vox clara, hospitium est cacodemonis.

Tertius clarissimi viri Iacobi Raiminger fertum & clypeum ferebat, continens apophthegma Italicum. Si pensando pensasse, che mio mal remede teneria semper pensaria, id est. Si scirem cogitationes infortunia auertere posse, assiduus in meditationibus essem. Armigeris iam dictis equites succedebant, hi cum in palæstram esset peruentum, eos cum fertis ac clypeis ad iudices ablegauere: qui ipsis insignia restituentes, fecialibus arbori affigenda tradidere. Quo peracto, ad cæteros Agonistas ipsi equites aurati se contulere.

Vndecima turma

TRES GYMNICOS

HABUIT.



Vndecimò in catadromum descenderant rubicines duo, atris uestibus cooperti. Ab his ibant armigeri, quorum duo, Dominorum suorum ferta & clypeos ferentes, duo uerò lanceas paratas, induti nigro holoserico erant. Eos excipiebant gymnici amplissima familia nati, Dominus Achatius liber baro in Herberstain, Neuberg & Guetenhag totus armatus, ephestris stratum cæteræq; equi phaleræ ex panno atro conspiciebantur. Scuto adpictum erat, *Gott allain / vnnnd dein in Eren.* Solius Dei, & tuus cum omni honestate. Et generosus Dominus Guilielmus Graszwein in Weyer eques auratus, itidem cataphractus, lanceâ manu gestans amictusq; uestibus nigris, phaleris eiusdem coloris, equo instratis. Eius porro clypeus inscriptum habebat. *Es geschicht wol offer.* Sæpius quidem contigit.

Duodecima

Duodecima turma vnum HABVIT CERTATOREM.



Vodecimò venerunt duo tubicines cooperti tunicis albi & rubri coloris. Galeros ex serico confectos, plumæ ijsdem coloribus imbutæ adornabant. Hos sequebantur antiquæ prolapix Domini D.

Casparus Preiner Baro in Stubingen: Fladnitz & Rabenstein, Carolo Austriæ Archiduci &c. à cubiculis, holoserica tunica, catenag: aurea exornatus, equo generosissimo vehabatur, manibus gestabat domini sui arma, sertum, scutum & lanceam. Indè succedebat multis imaginibus clarus Dominus, Iacobus Zach, Illustrissimi Archiducis Caroli &c. cubicularius. Arma Ephestris, ex purpureo Damasceno confecta, & argenteis sericisq: rubri coloris limbis obducta velabat. Ad hæc galea insigni plumarum rubri & candidi coloris fasciculo exornabatur. Eum excipiebat summo loco natus puer, vt ipsi tubicines vestitus, manu ferens scutum, hoc cum Adagio illustri VELA VENTIS COMMITTO.

Decima tertia classis II. GYMNICOS HABEBAT.



Decimotertiò, ingressi sunt circum Aneatores quatuor, tunicis, galeris & plumis albis amicti. Hos excipiebant armigeri totidem, eiusdem coloris vestibus, quarum manicæ in terram vsq: dependebant, induti. Pileos candidæ plumæ condecorabant. Eorum priores lanceas parmaras, posteriores equitum auratorum clipeos & coronas portabant. Post hos venerunt equis nobilissimis insidentes agonistæ

nistæ. Dominus Michael Rindsmail in Frauhaim, in cuius scuto scribebatur. *Ich thu es Gott beuelhen*. id est, Negotium Deo committo &.

Dominus Guilielmus à Glaispach. Pro apophtegmate habens. *Alles in Gottes Namen*. id est, Omnia in nomine domini. Eorum uterq; cataphractus, paludamento ex candido attalico confecto amiciebatur, exornabanturq; eiusdem coloris panno equi, cum plumis ex veritæ cum equorum tum hominum dependentibus.

Decima quarta turma tres HABUIT GYMNICOS.

Decimoquarto palæstram magna celeritate ingressi sunt, pegasarij cursores, induti more Veredariorum, penula, capitis tegmine, ocreis, calcaribus, atq; ex collo dependente cornu, ponè etiam equos sarcinæ onerabant, manibus dñorum agonistarum ferta & clypeos præferentes. His succedebant nobilissimi clarissimiq; viri dñi athletæ.

Carolus Ludouicus Baro à Zeltingen, & Dom: in Zieren-
dorff regis Hispaniarum dapifer, pro Elogio habens, has duas Gal-
licas dictiones, *Iattent Lheur*. i. fortunâ operior: vel spero fortunæ
regressum. *D. Otto Henricus à puechaim* apophtegma habens,
Wehr dich Han wehr dich. i. Sis tibi auxilio Galle.

Dominus Ioannes Rueber copiarū dux qui insigne dictum in clypeo gestabat. *Gott allain die Ehr*: Soli Deo gloria. Hi induebantur armis pulcherrimis candida penula tectis, ac eodem vt superiores modo instructis. Cæterum omnes ne agnoscerentur, facies larvis ac latis tegminibus ad pluuias pellendas obuelatas habebant. Hi cum palæstram essent ingressi, brabeutis ferta tradiderunt, insigniaq; ut arbori Dianæ affigerentur caduceatoribus offerebant, ijs iam diligenter peractis, more aliorum arma agonothesiarum lanceis tangentes, se ad alios gymnicos, certamen expectantes, contulerunt.

T Decima-

Decima quinta turma

DVORVM ERAT
pugilum.



Decimoquinto in palæstram uenere tres æneatores albi & atrii colorum tunicis sericis, pileisq; acuminatis, nec non nigris candidisq; plumis obsitis cooperti. Tubis dependebant vexilla eiusdem coloris ex serico: eos excipiebant pygmei duo, nigra veste holoserica, circumcirca fimbrijs rosisq; argenteis acupicta, obuelati. Eorum vnus domini sui scutum in quo scribebatur. Gott geb glück. Deus fortunet, gestabat. Alter uero alterius palæstricæ clypeum hoc Elogium habens: Aun que se me niega larrazon donde cō derecho se me debia, por seruir, morire en mi porfia, id est. Quamuis ratio mihi denega, quod iure mihi debetur, tamen ut illi inseruiam, obstinate mori non dubitavi. Post hos succedebant amplissima familia orti domini pugiles.

Sigefridus Breiner Baro in Stubing, Fladnitz & Rabstain, Sacre Cæsareæ Maiestatis &c. pincerna, &

Ioannes Kynsky eiusdem Maiestatis &c. dapifer: cataphræti, ornatique plumarum albi & nigri colorum manipulis. Sigefridi arma tegebat ephestris nigra serica, fimbrijs ac rosis hinc inde depicta, equi stratum, eodem ornamenti genere excultum erat. Ioannem idem corporis cultus cohonestabat, equus quoque iisdem phaleris, præterquam, quod ubi ille rosas fimbriasq; habebat argentatas, hic auratis conspiciebatur, uterq; lanceam depictam sertumq; manibus gestabat.

Decima

Decima sexta turma, vnus EQVITIS ERAT.



Extodecimò in catadromum equo superbissi-
mo uectus adolescens veniebat, veste ex pur-
pura villosa indutus, qui sinistra manu iam re-
censendi Herois arma, cassidem & hastam fere-
bat, haud ab illo procul veniebat præclarus vir,
& summo loco natus.

Don. Ioannes Alphonsus, Regis Bohæmiæ &c. purpura-
tus, armis splendidissimis indutus: Loricam dipthera ex ardenti
purpura scitè dissecta, subducta tela, auro distincta, regebat. Suc-
cinctorium ex panno aureo intertexto confectum erat. Hæc om-
nia vestis in morem virginum Italicarum affabrè concinata ve-
labat, nimirum ex tela argento distincta fimbrijs holosericis pur-
pureis vndiq; obductis. Ex holoserici scissuris interluce-
bat passim setabum flauum, folliis instar turgidum, caput virgi-
nea vitra adornabat. Faciei larua puellaris obducebatur, in fron-
te elegans pluma eminebat, equo gradario, muliebri ephippio in-
strato, insidens, phaleræ ex ardenti purpura constabant. Cum
iam illi decertandum esset, detractio foemineo habitu alium equū
insiluit, cassideq; imposita rem strenuè more fortissimi viri agere
coepit. In vulgus schædulas spargebat, quæ sequens Elogium
complectebantur.

Nec aer nec mare horridaq; tempestas mouere me poterunt.

Decima septima turma. VNIVS ERAT AGONISTÆ.



Ecimoseptimò aream ingrediebantur tres rubicines,
rubris tunicis sericis, corio aurato obductis, amicti.
Vexilla tubis dependentia ex eodem serico consta-
bant. Post sequebantur armigeri quatuor, bini &
bini equitantes.

¶ ¶

Ferdinandus

Ferdinandus à Colaüs watzler cognomento, & Balthasar Christophorus Thanrader, Illustrissimi Caroli Archiducis Austriæ &c. dapiferi, etiam palæstritarum lanceas & ancylia ferebant.

Casparus Melchior Romer, eiusdem Archiducis &c. prægustator, &

Andreas wallasch. Quorum hic sertum gerebat, ille sequentis agonistæ clypeum, appictum habens. *Wils Gott so geschichte.* id est, Fiet volente Deo.

Hi amicti fuere rubro serico, fimbrijs verò ac lacinijs ex corio deaurato circumductis, plumæ pileis impositæ rubri & crocei fuere coloris. Eos excipiebat nobili stemmate natus, Georgius à Colaüs, watzler cognomento, Caroli Archiducis &c. cubicularius, cataphractus, cassidem ruber ac croceus plumarum fasciculus adornabat. Ephestris verò ac stratum, cæteraq; ephippia, armigerorum habitum referebant, adhæc antè & retrò varijs plumarum fasciculis expolitus erat. Ponè sequebantur pedissequi duo, itidem rubris tunicis sericis, corio deaurato circumductis induti, manibus virgas depictas gestantes.

Decima octava turma VNIVS GYMNICI.



Decimo octavo in palæstram prodibant tubicines duo, nigris sericis vestibus amicti: indè armigeri totidem, eodem vestium cultu exornati, horum vnus athletæ sertum portabat, alter scutum his literis insigne. P. G. F. A.

M. A. I. F. D. lanceas manibus gestantes. Hos sequebantur vetustæ nobilitatis: Bernhardus Stadler in Stadl,

Stadl, armis denigratis indutus, arma ephestris nigra holoserica vestiebat, stratum itidem nigrum erat, ex panno serico confectum, manu lanceam gerens atro colore infectam.

Vltima turma quindecim HABVIT GYMNICOS.



Decimo nono ac vltimo catadromum ingressi sunt tubicines duodecim, tunicis, caligis, pileisq; sericis, cæruleo ac croceo coloribus, quos plumæ itidem concolores decorabant, amicti: tubis vela eiusdem coloris ac panni dependebant. Eos sequebantur viginti armigeri, vestibus sericis supradicto colore infectis, habentes galeros croceis plumis expolitos. Baltei, pugiones, ac gladij, cæteraq; id genus ornamenta laminis auratis renitebant. Eorum nomina hic non ascribo, partim ne prolixitati studere videar, partim quod in alijs satis superque sint commemorata. Hi illustrissimorum, clarissimorumq; Dominorum agonistarum arma, ferta, ac clypeos gestabant. Post armigeros processere illustrissimi, serenissimiq; Austriæ Archiduces &c. Principesq; clementissimi.

Ferdinandus & Carolus germani fratres, cum alijs nobilissimo genere ortis tredecim gymnics. Succinctoria Archiducum &c. ex serico cæruleo constabant, hæc soles aurati, variaq; sidera exornabant. Calsides, cæruleæ ac croceæ plumæ preciosissimæ defluentes decorabant, equorum phaleræ erant ex serico panno confutæ, rosis ac sideribus passim expolitæ. Præterea equos a fronte & a tergo varij plumarum manipuli exornabant, qui obuolantes mirum in modum spectantium oculos oblectabant. Ad vtrumq; latus duodecim circumpedes sequebantur, tunicis, caligis, pileisq; ex serico cæruleo & flauo confutis, amicti. Galeros varij plumarum fasciculi, condecorabant. Scuto illustrissimi Archid. Ferdinandi &c. appictum erat apophlegmatis loco. Quamuis attamen

T iij

Serenissimi

DESCRIPTIO

Serenissimi verò Archiducis Caroli clypeo hoc erat inscriptum
Apophtegma. Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit.

Austriæ Archiduces sequebantur cæteri agonistæ, quorum
nomina cum insigniter dictis paucis recensebo. Proximus ijs
erat nobilis, & origine clarus, Andreas Teufel, Ferdinando illu-
strissimo Archiduci &c. à consilijs, ac Archippocomus, in scuto
habens hos characteres. Z. G. W.

Indè succedebat Do. Fridericus Baro à Castello Barco &
Agrest, Serenissimi Ferdinandi Archiducis &c. pincerna, scuto
inscriptum habens: Inuiolabilis Cæsaris iusticia.

Deinde spectatæ nobilitatis vir prodibat, Henricus Stain-
pach à Stainpoch, eiusdem Ferdinandi &c. prægustator, in cly-
peo has habens literas. B. B. B.

Hunc excipiebat præstantis familiæ, Georgius Iablonskhy
à Iablaw, eiusdem Principis &c. dapifer, inscriptum habens cly-
peo: *Wol her glück in Gottes Namen.* Adsis fortuna, ac diui-
nis auspicijs faue.

Quintus succedebat nobilis Iulius de Riua, Ferdinando
Archiduci &c. satrapa, cuius scuto hi apices impressi erant.
L. P. V. L. P.

Sextus summo loco natus, erat Guilielmus Mirskowsky
à Stropitz, Ferdinandi Archiducis &c. dapifer, Elogium ha-
bens, *Ich beuilehe Gott.* hoc est, Deo negotium committo.

Hunc excipiebat magnæ virtutis vir, Hercules de Riua, eius-
dem Ferdinandi &c. purpuratus, pro apophtegmate habens.
P. V. O.

Octauus dehinc sequebatur excellenti animo ac virtute
vir, Fridericus Ludouicus à Malouitz, Archiducis Austriæ &c.
Architriclinus, adagium habens. G. O. G.

Nonus ex ordine subibat antiquæ nobilitatis Nicolaus à Mil-
tiz, eiusdem Ferdinandi &c. satrapa, Pro dicto gestans hos cha-
racteres. G. S. G.

Decimus

Decimus dehinc sequebatur & animi & corporis dotibus clarus, Iaroslav Leibstansky, Dominus in Kollembat: Ferdinandi Archiducis &c. satrapa. Scuto subscriptas literas impressas habuit. K. G. M. F.

Vndecimus sequebatur spectatæ nobilitatis & virtutis. Dominus Fridericus à Khitlitz, Ferdinandi Archiducis &c. pocillator, in scuto habens infra scriptos characteres. V. H. I. G. N.

Dodecimus erat excellentis virtutis ac animi vir, Ioannes à Pannowitz in Mechawitz, Austriæ Archiducis Ferdinandi &c. dapifer, has literas clypeo insignitas habens. L. W. W.

Postremus omnium erat inclytæ nobilitatis vir, Fridericus à Tschirnhaus, Austriæ Archiducis Ferdinandi &c. satrapa, in clypeo gestans hos characteres. T. S. V.

Porro sciendum est antè omnia, hos Heroes, posteaquàm ingressi fuere circum decenti ordine, (quemadmodum & paulò superius commemoravi) aliquandiu obequitasse, ac deinde iudiciis ubi se exhibuissent, fertaq; ac gentilitia insignia illis tradidissent, quæ fecialibus pro more affigenda arbori Dianæ data, leuiterq; clypeis hasta tactis, tū demū sumo quodā decore ac ordine lanceis strennuè concurrere incoepisse. Deinde quoq; cum ad gladios peruentum esset, ea audacia, ea fortitudine, eo deniq; inuictō animi robore utring; dimicatum esse, ut omnium verè animos in sese conuerterint. Inter hos præ cæteris Illustrissimi Austriæ Archiduces, &c. disciplinæ industriæq; militaris (quæ ab auis & atavis illis ingenta videtur) peritissimi: Ferdinandus & Carolus fratres, unā cum aliquibus summæ virtutis, claræq; nobilitatis viris ità rem gessere, ut dignos se maioribus præbuerint, nec vnius hominis consensu, sed optimorum quorumq; iudicio, bellicam laudem (præcipuum in principe viro decus) assequuti sint.

Nec

Nec verò operæpretium esse videtur hîc sigillatim omnia illustria & præclara facta in hoc conflictu perstringere, cum id non solum ingratum, verumetiam nauseam lectori mouere possit, itaq; omnia quàm fieri potest breuissimè complectar. Cæterum absoluro eo quo audiuiſtis ordine cursu decursuq; equorum, promiscuum incepere (quem vulgò foliam vocant) in quo prædicti illustrissimi Archiduces Austriæ, itidem cum nobilium caterua adeò strenuè pertinaciterq; confligare, ut prius defessi sint homines laudando eorum facta, quàm illi laude digna faciendo. Ostenderunt sanè hîc afflictæ christianitati, quàm intrepido animo aliquandò in atrocissimum christiani nominis hostem, si res postulauerit arma moturi sint. Finito hoc promiscuo cursu decursuq; equorum, Romana Cæs. Maiestas vnà cum dulcissimis liberis, Serenissima Bohemiæ Regina Maria, Illustrissimo Alberto Bauariæ duce, ac generoso comite Don Claudio de Luna ac nonnullis principum ciuitatumq; Oratoribus ad coenam accessit, cui suauissima peritissimorum omnium ferè nationum musicorum symphonia exordium dedit. Nam Germani & Itali Tubicines, Burgundiciq; sanguinis excellentissimi symphonistæ, adeò artificiosè, adeò diuinum quid cecinere, vt quid dicam verbis exornare, vix eloqui possim. Coena omni ferculorū genere, & conquisitissimis epulis instructa erat, adeò vt qui eam intuerentur, non potuerint non mirari, vnde tam subito tot missus & tantas patinarias struices excogitauerint. Equidè si huius sumptuosissimum apparatus hîc describere velim, citius me dies, quàm dicendi materia destitueret. Sumpta coena inuictissima Cæs. Maiestas, vnà cum Illustrissimis Principibus & multarum Rerumpublicarum legatis ac Gynæceo, se in aulam confert. Ibi singularibus ceremonijs nobiles Olympionici præmijs condecorati sunt, eo sanè quo nunc, sequitur ordine.

Principio

Sequitur præmiorum quartæ CLASSIS DISTRIBUTIO.



Rincipiò spectaculorum iudices, feciales vnà cum octo tubicinibus ad se vocant. Fecialibus idem vestitus quemadmodum superius commemorauimus erat, à fronte & à tergo assutis nobilissimorum comitum à Luna gentilitijs insignibus. Itaq; ingressi gynæceum Regium, illinc celeberrima pompa educunt mirę venustatis nobilem virginem Tschuranin, natione Vngaram, hanc cum ferè ad vltimam saltatorię domus partem deduxissent, illicò tubicines ter inflatis tubis signum dant. Dein fecialium vnus, iussu iudicium proclamar. Illustrissime Carole Archidux Austrię &c. audita voce subitò Illustrissimus Princeps summo cum decoro prodit, quem præditus comes à Turre blando & comi sermone sic ferè alloquebatur: Illustrissime Princeps, cum permulti clarissimi viri inter Principes, comites, barones & equites, in patenti campo ac circo in Hippomachia hesternò die exhibita, strenuè viriliterq; sese gesserint, & in horum numero tua clementia lanceas dexterius excellentiusq; (iuxta Martialium ludorum præscriptas leges) perfregerit, brabeutę pro merito palmam exiguam quidem tibi hunc annulum aureū adiudicant & tribuunt, per hanc rarę venustatis virginem, quę summa ciuilitate & singulari reuerentia, postquàm annulum aureum prius deosculata esset, principi modesto ac demisso animo eum porrexit, quem deinde Austrię Archidux adolescentulę restituens, eamq; complexus, saltationem exorditur.

Secunda palma.

Paulò post eodem quo superius relatum est ordine spectaculorum iudiciorum

V

rum iudi-

rum iudices, feciales, & tubicines Gynæceum Bauariæ Ducis ingressi, inde pulcherrimæ formæ aliam educunt, claris ornam natalibus adolescentulam nomine N. quæ generis nobilitate excellenti viro Andreæ Teuffel in Enzelsdorff, Ferdinandi Archiducis &c. consiliario & archippocomo, itidem annulum aureum obtulit, eò quòd præstantissimus ille Heròs quinq; gladiatorum ictus ornatus, excellentiusq; perfecit. Accepto munusculo, commiter ac summa affabilitate, ob collatum in se beneficium gratias ingentes agens, virgunculam complexus, saltatorium orbem versare incepit.

Tertia palma.

Tertiò, eximie pulchritudinis & nobilissima virgo, præclaro viro Iacobo Raminger, Illustrissimi Regis Maximiliani &c. aulico annulum aureum obtulit, eò quòd in promiscuo decursu gladio melius dexteriusue decertarit, accepto munere, grati animi significationem beneuolo humanoq; sermone ostendens, adolescentulam amplexatus, choreas ducere incipit.

Quarta palma.

Quartò Brabeutæ, comitati fecialibus tubicinibusq; rursus Gynæceum Serenissimæ Reginæ Bohæmiæ &c. ingrediuntur, inde miro decoro, prædictam præstantissimæ formæ nobilissimam educunt virginem Tschuraniam, à qua prædicto claræ nobilitatis viro Ladislao Poppel à Lobkhowitz aureus annulus dono accessit, propterea quòd ornatus splendidiusq; circum ingressus esset, munere accepto, singularibus & amplissimis verbis Brabeutæ, & virgini gratias agens, donum illi restituit, illamq; amplexatus, saltationem cum ea exorditur.

Quinta palma.

Quintò

QVINTO, alia è Gynæceo Serenissimæ Reginae Bohæmiæ &c. forma muliebri excellentissima, ac summo loco nata virgo, nomine Dona Aldonça Lasso de Castilia Hispana, generosissimum Comitem à Luna aureo annulo ornauit, ob id quod pulchriore inuento in aream prodierit. Donum comes grato ac iucundo sumens animo, virgini illud idem summa cum affabilitate restituit, eamq; amplexus, saltationem incipit.

Sexta & vltima

PALMA.

SEXTO & vltimo, alia venustissima & parentibus orta clarissimis virgo, è Gynæceo Illustrissimarum Ducum Austriæ &c. cognomento Lambergerin, dono obtulit generosissimo comiti à Luna Ludouico de Quinones, prædicti comitis à Luna filio, pulcherrimum elegantissimumq; sertum, ex lauri folijs concinnatum, ideò quod elegantiori corporis cultu, & dicto celebriori in aream descenderit, munus vbi benigno vultu ac incredibili humanitate accepisset, singularibus verbis gratias agens, donum virgini reddidit, ac tandem more solito vlnis eam complexus, ad choreas deduxit.

HIS omnibus more maiorum ritè peractis, Sacra Cæsarea Maiestas ex saltatoria domo, in palatinas ædes ingenti Archiducum, Ducum, Principum, Comitum, Baronum, stipata caterua in thalamum se confert, ac tandem vnusquisq; se domum recipit.



Conflictus quarti

CONCLUSIO.



Vandoquidem haftenus amice lector, & oculari demonstratione, & auditu percepisti nomina, ac cognomina illustrissimorum Principum, praeterea & totius nobilitatis, quo corporis cultu & coloribus in hoc quarto conflictu in campum descenderint, quae omnia quidem quantum ego arbitror, pro ingenij mei modulo, satis copiose indicaui, nimirum quam fortiter ac intrepidè magnanimi herôes decertarint, & insignia quibus à maioribus acceptis hodierno adhuc die vtuntur, ac quomodo ea ipsa iudicibus ordinarijs ostensa tandem arbori Dianæ vnâ cum palæstritarum armis affixerint. Quapropter commodissimum mihi visum fuit, & mearum partium etiam esse arbitrabar, si insignia illa nobilium virorum, posteaquam tam graves sumptus in hunc vsq; diem pertuli, & vt semel incæptum opusculum absoluam, ac tu quoq; facilius meliusq; cognoscas clarissimorum Olympionicorum, qui in hoc certamine se strenuè gesserunt, gentilitia insignia, in calce quarti conflictus depicta, & quo apparatu circumgressi fuerint, tandemq; more fortissimorum virorum depugnarint adijcere, idq; duabus potissimum de causis: Prima est ad laudem ac gloriam totius nobilitatis, quæ in hoc prælio summam consequuta est. Dein hæc sunt composita vt viri prælustri loco nati hinc exempla ad viriliter fortiterq; agendum sibi desumerent. Nec hoc loco silentio inuoluam, quamplurimos auitæ nobilitatis viros ad hoc certamen se magnis impensis præparasse, vt hîc se viros maioribus dignos ostenderent verum angustia temporis impediti ad præscriptum diem, vestes præterea & alia necessaria habere non potuerunt. Honestissimis itaq; conatibus non voluntas, nec ardor pugnandi, sed exiguum temporis spacium obstitit.